



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

De S. Zoylo martyre Cordubensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

MARTYRIVM SANCTI ZOYLI CORDVBENSIS, VT HABETVR IN LVCII MARINEI SICVLI,

Regij historiographi, de rebus Hispanie libro quinto.

Iunii 27.

Parentes
& patria
S. Zoyli
martyris.

BEATISSIMVS martyr Zoylus, parentibus clarissimis Cordubensibz progenitus, ab infantia Christianus, cum esset adolescens, & publicè Christum confiteretur, subito a paganis arreptus, ad prætorium cuiusdam iudicis præsentatus est: atque ab ipso vt ad culturam dæmonum rediret, diu est exhortatus. Qui dum multa dierum spatia, tam sermone quam muneribus admonitus esset, in cœmeterio præfata ciuitatis, cum peregrinorum corporibus est sepultus, nè aliquandò à Christianis cognosceretur, & digna veneratione coleretur. Sed cum Christo donante pax Ecclesiæ dedita esset temporibus Regis Sisebuti, quidam vir nobilis de Gothorum propagine clarus, Agapirus nomine, ex laico vitam appetens monachi, sic ad summum sacerdotium electus est. Et quoniam pro amore Christi seculum dimiserat, non distulit illum fraudare bonis suis. Cum corpus suum ieiunij maceratum in stramine reclinarer, per quierem noctis ostensum est ei, quò loco corpus prædicti martyris iaceret: & quò nomine vocaretur, & pro cuius amore capite plexus esset. Qui manè factò, congregatis fratribus & vulgi multitudine, quæ viderat indicauit, atque cum omnibus Christianis ad ostensum sibi locum sine mora perrexit. Ad quem perueniens, rattrum manu arripens effodere cœpit, quousquè ad corpus beatissimi martyris, sicurà paganis fuerat absconditum, Deo iuuante peruenit. Quo quidem inuento, gaudio magno repleti sunt omnes. Præfatus deniquè Episcopus, præ amoris magnitudine, cum corpus beati Zoyli demulceret osculis, atque indignum se iudicans, vt manibus suis tanti viri tangeret reliquias, subito, osculando crebrius, caruit primorum dentium adiutorio. Quos ad oris officio, vt minutos esse conspexit, in sarcophago, vbi viri corpus humatum fuerat, proiecit. Peracto inuentionis obsequio, sequenti nocte per visum S. Zoylus ita affatus est ei: Cur me sæpius osculando verberasti? Iam pro eis quæ à me poposceras intercedens à Domino Iesu Christo impetrasti, & nunc certus esto, quia dimissa tibi sunt peccata.

Sepultura
eius inter
peregrinos.Corporis
eius inuentio.Deuotio
piscorum
erga sanctas reliquias.

SOPHRONII PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITANI, DE LABORIBVS, CERTAMINIBVS, ET PEREGRINATIONIBVS SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI & PAULI. HABETVR TO.

*2. Bibliothecæ sanctorum Patrum Margarini de la**Bigne S. Theolog. Doctoris Parisiensis.*

Iunii 29.



PETRVS genere fuit Hebræus, habitabat in Galilæa, regio ne Palæstina, patria eius Berthaida. Simconem iustum, qui Christum in vlnis tenuit, compatriotam habuit. Pater Petri Ionas, fuit temporibus Hircani, qui aures suas cum re-gno (id est acitante fratre) amisit. Frater Petri andreas. Cepit que vxorem Petrus filiam Aristoboli, fratris beati Barnabæ Apostoli, ex qua suscepit filium & filiam. Andreas cælibem ducens vitam, præcursoris Domini factus est discipulus. Petrus negocijs intendebat, vt qui vxori, familia, ac patris senio prouidebat. A Christo, Petrus, ob mentis firmitudinem appellatur. Super fluctus maris tanquàm incorporeus ambulat. Transfigurationis Domini in spector vocem primam audiuit.

Matth. 16.
Matth. 14.
Matth. 17.Mar. 9.
Luc. 9.
Iohan. 21.

Non exasperari contra peccatores eruditur, illique mundi procuratio committitur & traduntur cælestium thesaurorū clauis. Super cæterum Apostolorum constitutus

SURIUS

g. ber
nover
RVII
5